

Compositio causa de Pfalgeldo anno
millesimo tercentesimo quadragesimo primo.

18
19

Nos frater Theodoricus burgravius de Aldenborg,
ordinis domus Teutonice hospitalium sancte Marie
in Hierusalem generalis magister, universis harum
notitiam habituris, fore notum cupimus, et publice
profitemur, quod, dissensio seu discordia, que inter
fideles nostros honorabiles et discretos viros, ci-
ves in Elbingo et una, ac cives in Dantzig par-
te ex altera, ex parte pecunie, que Pfalgeld in
vulgari dicitur, vertebatur in presentia nostri et
fratrum nostrorum hoc modo est complanata et
sopita videlicet, quod prescripta pecunia, Pfal-
geld vulgariter nominata, proveniens de bonis,
que in Balgam pervenerint, civibus in Elbingo,
et pecunia etiam Pfalgeld dicta, proveniens
de bonis, que supra Vislam pervenerint, civibus
in Dantzig debet perpetuo cedere ac derivari.
In cuius rei evidentiam et memoriam perpetua-
m sigillum nostrum presentibus est appensum.
Datum in Dantzig anno Domini millesimo
tercentesimo quadragesimo primo, feria quar-
ta, ante Dominicam Palmarum. Huius rei testes
sunt, honorabiles et religiosi viri, fratres no-
stri in Deo dilecti etc.

Brusie

